

August Varenius

Augustus Varenius, D. Consistorii Ducum Assessor, Collegii Theol. Decanus, & Univers. Rostoch. h.t. Rector, Solennes Exequias Viri ... Dn. Johannis Christophori von Hillen/ ICti excellentissimi, Consistorii ... Ducum Provincialis causarum Advocati & Procuratoris ... a ... Vidua Anna Elisabeta, Friderici Cothmanni, nuper Antecessoris ac meliora, Filia, Ernesti ICti incomparabilis Nepte, suo liberorumq[ue] ... invitat

Rostochi[i]: Kilius, 1665

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771260733>

Druck Freier  Zugang



Varenivs, A.,

in J. C. v. Hillen.

Rost. 1665.

3.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771260733/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771260733/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771260733/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771260733/phys_0003)

DFG



AUGUSTUS VARENIVS, D.

Consistorii Ducum Assessor, Collegii Theol. De-
canus, & Univers. Rostoch. h. t. RECTOR,

Solennes Exeqvias

Viri Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi

**D N. JOHANNIS
CHRISTOPHORI
von Hissen/**


J C F D. Excellentissimi, Consistorii Sere-
nissimorum Ducum Provincialis causarum Advocati & Pro-
curatoris ordinarii solertissimi, Civis Academiarum
primariae ac laudatissimi,
à Nobilissimâ, nunc mæstissimâ Viduâ

**ANNA ELISAB'ETA,
FRIDERICI COTHMANNI,
nuper Antecessoris ad meliora, Filiâ,
ERNESTI JCTi incomparabilis Nepte,
suo liberorumq; tristissimorum nomine d. 19. Sept. solenni
Ceremoniâ in templo hic Mariano posthoram 1. pomerid. parandas,
Intimat, & ad illas
Omnium Ordinum Cives Academicos, eâ, quâ fas est,
autoritate & humanitate publicâ invitat.**

Cypr. Serm. 4. de mortal.

*Qvis non ad meliora festinet? Qvis non mutari & reformari ad Christi speciem
& ad cœlestis gratia dignitatem venire citius exoptet?*

ROSTOCHI, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. 1665.

Sic igitur properat cursu
Vita citato, volucrig̃ die Rota præcipitis volvitur annē
Et gens hominum fertur rapidus Obvia fatis incerta sui.
Nulli iusso cessare licet. Nulli scriptum proferre diem.

Recipit populos urna citatos!

Sic omnis nos dies, omnis nos hora, qvām nihil simus, & qvām ipsa vita non solum sit *Quia* & *Quid*: sed & *Quia* & *Quid* (prout appellata Pindaro) qvamq; humanorum conditio bonorum vel nunquam tota proveniat, vel, ubi tota provenit, nunquam perpetua subsistat, ad monet, & fragilitatis oblitos ac innumerabilem annorū seriem, & vel ipsam æternitatem mortalibus obventurā sēpē meditantes recentialiq; argumento respicere cogitat morte! Quid hoc parentationis sibi principium velit, percontanti, ex ipso hoc tumulo, in quo jacet inseulta Virtus, respondebit Vir olim Nobilissimus & Excellentissimus, cui nunc indicativi funeris exeqvias imus, pari, in qvā oculos clausit, sermonis formā, vel, prout appellant Grammatici personā i. Ego ille JOHANNES CHRISTOPHORUS von Hillel/JOHANNIS JCti D.Danici, Saxonieq; inferioris AUGUSTIRaceburgensis Consiliarii, ex ELISABETA, MARTINI Gerdes/D. JCti, Consulis olim & Syndici Gustroviensis, Mariti CATHARINÆ Kochs/Filiā, JOHANNIS Gerdes/Malchinensis, & EMERENTIÆ Zanders Nepte, Filius, JODOCI, Osnabrugensis, ex Matronā Adelheit Schröders / Nepos, JUSTI von Hillel/ sub inctlyto Heroe LUDOVICO, Principe Uraniæ Eqvitum Magistri, annoq; Castrensis Praefecti, *Pronepos*, JOHANNIS in Castris olim Potentissimi terræ Regum PHILIPPI II. Hispaniarum Monarchæ excubiarum summi Magistri *Abnepos*, JUSTI von Hillel/ Britanni, sub incomparabili Cæsarum CAROLO V. fortissimi Centurionis *Atnepos*, Anno cl̃o Ic XX. 27. Decemb. natus, & qui nativitatis eminentioris apexest, cœlesti lavacro renatus. Dedit cœlum mihi collecta manuque benigna, quæ cæteroquin dare solet divisa, manuq; sic satis parcā. Fluit per aliorum venas sanguis sive novus sive degener: mihi nec majorum Nobilissimorum sanguis pudori fuit, nec nisi sincerns & integer, proprius profluxit. Deest aliis, etiam quibus exuberat ille sanguis, *doctrina*, quæ vim promovet insitam, quaq; clausos

EOS

ros facit, quos generis nobilitas vix netos. Mihi nec doctrina defuit, nec qui pectora roborant, recti cultus: qui pueritiam in Scholâ Gustroviensi & Lubecensi sub Parentum pariter ocu-
lo, ac severâ Præceptorum censurâ, adolescentiam post fatâ beata Patris optumè de me merentis, in Osnabrugensi, Juven-
tutem jam inde ab anno cl̄ 1040. Consilio Magnifici Avun-
culi, CHRISTOPHORI GERDESII Consulis olim Lubecen-
sis eminentissimi, in Universitate Rostochiensi, & post biennio
cultam hanc, Batavorum Lugdunensi, Franekerana, Ultrajecti-
na, cæterisque Belgij Academiis in celeberrimorum JCTo-
rum oculis, & Juriis privati pariter ac publici, Feudalis etiam, tot Auditoriis, serventissimo studio exegi, multumq; in illis olivi absumisi. Deest, quibus nec doctrina deest, nec cupiditas usurpandi oculis longè discreta maris & terrarum loca, ipsa cœlo se peregrino credendi facultas. Mihi nec defuit, nec ex quo semel invasit, deferbuit refrixitq; quin incendio acriore exæstuare cœpit ardor & increbescere, qui ut doctrinæ opulentiam, linguarum notitiam, Rerum publicarum instituta, terrarum situm, populorum mores, ingenia, fœdera mente seponerem, ac in numerato haberet, sitibundumq; pectus nobili sapientiæ fruge opplerem, lustrato universo ~~πλανητερικῷ~~ Bel-
gio in Galliam, quâ sol occidens habitabiles illustrat oras regi-
onum felicissimam anno cl̄ 1044. m. Novembr. progressus,
Diepam, Rotomagum, Parisiorum Lutetiam, Aurelianum, Aureliis,
ubi Ligeris navigabilis esse incipit, secundo flumine *Salmuri-
um*, & quicquid ad *Ligerim* sive regionum sive urbium, *Nan-
netas, Laflèche, Andegavum*, quæ ad Occanum Aquitanicum *Ru-
pellas, Juliomagum* cœterasq; longo ordine civitates & Academias Galliæ celebritate Virorum Doctorū florentissimas petii, reflexoq; in Germaniam itinere Cæsar's *Viennam* Imperii Romano-Germanici Cameram *Spiram*, & quicquid à Rheno Mo-
fellaq; ad Baltin usq; celebriorum urbium est peragravi, emen-
soq; itinere Patriæ me tandem votis, cui secundum Deum pri-
mas

mas pietatis partes debui, supremâ Numinis benignitate anno clo I^c reddidi. Non deest aliis honor, qui ob majorum virtutem desertur: At deest, qui propter virtutem propriam. Mihi mortali nec hic defuit, quem ad splendidissimum J^Ctorum ordinem, ad fulgidissimos DOCTORIS in utroq; jure titulos, eodem anno, Mense Augusto, DEO labores prosperante Virtus & industria propria provexit, ut quia facilius dignitas crescit, quam incipit, proclivis jam esset cursus ad cetera, etiam quæ in terris inter eruditos summa. Notos facit alios nobilitas & dignitas: Sed angustiâ rei familiaris inclusi malent esse ignoti. Mihi non ex paupertate, circa quam pecunia plurimam moram habet, sicut erexitur, & patrimonium, cœli benignitate majorumq; virtute, sic satis locuples, non tam quærendum, quam honestè custodiendum, servandumq; etsi non aliud mihi votum, quam Synesii Cyrenii:

Μή μοὶ χρόνιος	Οὐ βροὺς ἀφένου	Κείνειας ἀναξ
ἴτα μὴ τὸ θεῖ	Ἄχολος ἐπηρ.	Μηδὲ κατηφῆς
Πενία μελάθεσι	Εὐχειρπόμενος	τεῖ οὖν ἔλκει
	Φερτίδα τυρός	

i. e. Nemibi terrenos imbres divitiarum decernas o Rex, quæ rebus divinis vacem.

Neg^t trifitis paupertas edibus adhærescens ad terras trabat curas animi.

Circumfluit alias divitiis: sed deflet vitam cœlibem, sterilem ve domum, alieno censum nutriens hæredi. Ego & ducta anno hujus seculi L. ANNA ELISABETA FRIEDERICI COTTHANNI J^Cti, Filiâ, magni illius Cancellarii Ducum & Antecessoris in Academiâ incomparabilis ERNESTI COTTHANNI, Excell. record. nepte, unice dilectâ summâ virtute pariter & dote virgine, suavissima per xv. annos vitæ toriq; coadiutrice, quam nunc vacuo cubili residentem mœstam viduamq; relinquo, nuptiis felix, & natis inde præter CHRISTINAM terris ostensam simul erexitq; filiabus elegantiibus ANNA ELISABETA, CATHARINA MARGARETA, ELISA-

ELISABETA, HANNA, non orbus liberis. Lætatus est alius prole: sed cuius delictis paulò post miser illacrymatur ingemians illud summi Principis:

O utinam cœlebs mansisset, & prole carerem!

Mihi Filiæ, quas matris amoribus nunc commendo, nullam planctus, multam gaudii plaususve materiam dederunt: sed nec illā, post fata, sic opto sperove, dabunt. Non deest aliis copula: sed constans parum, parumq; fida, quos malis reciprocis que divulsus querimoniis supremā citius solvit amor die. Mihi meæq; *Candida perpetuo sedit CONCORDIA lecto.* Ita, licet amaritudo quædam non defuerit, plus amoenitatis tamen mihi felicitatisq; profluxit. In quā studium mihi, ut animus semper æqualis, secundo cursu iret, propitiq; sibi sua lætus aspiceret, quin disceret illud, quod magnum, summum, Deoq; vicinum est, NON CONCUTI: et si prout verè in Dione Synesius: Απάθεια ἡ τεῷ Φύσις. Αὐθεντικὴ μετειοπαθεῖς γίνονται i. e. *Carere affectibus soli Deo competit: temperare affectus virtute, bonminibus.* In tanto felicitatis fastigio inter summum & infimum, inter seculum & tumulum vix ultra horæ momentum mihi interfuit, quod tamen impavidum me feriit, non nescientem, quam caduca, quam mutabilis sit ista seculi felicitas. Ecce enim in ipso benè cedentium rerum actu, in ipso procurentis felicitatis impetu, dum turbatas ex optimi Soceri, quem nunc Gener sequor, morte, res dispono, dum Lubecam, patriæ mihi loco reverenter habitam, animi negotiorumq; expediendum causâ excurro, dum varia mihi subproprio Numine propono, & aliquando plenam senectutem, majorum propriaq; virtute in otium referre cogito, dum incolumes integrosq; mihi reditus Rostochium versus promitto, vocat inexorabilis fati necessitas, & ad latus mihi nec facile tunc opinanti morbus, imò mors est. Sic qui hilaris, incolumis, Maritus, Pater, in pretiosissimæ Conjugis & blandissimæ sobolis delicatissimo comitatu Lubecam excurri, Viduam mœstissimum Turturem, Or-

phanos lamentabiles, tumbamq; vanum habendi simulacrum
Rostochium inter flebiles elegias remitto, & ipse pallidum ca-
daver examinis redeo, inferendus beatissimi Soceri conditorio,
cujus nunc cœlo mente recepta morte beatâ fruor contuber-
nio. Valete, & in meæ mortalitatis exemplo vestrum cogita-
re! Stultum est ætatem vos disponere, spes longas inchoare,
cum ne crastino qvidem dominemini. Stat unicuique ve-
strum terminus: sed nemo scit vestrum, qvam propè versetur.
Sic itaq; semper animos formate, tanquam ad extrema sit
ventum. Nihil differte! Quidam cum morte paria facite.
Cumq; qvando hinc excessum fuerit, nullus poenitentia locus
sit, nullus satisfactionis effectus, & vita hic aut amittatur, aut
teneatur, HOC AGITE! UNUM, QVOD OPTIMUM, QVOD
NECESSARIUM, ELIGITE, & ut æternum valeatis, ex vulne-
ribus Servatoris, VALETE! Repræsentavimus extumulo Oratorem
Curriculi sui vitalis & caducæ felicitatis Interpretem. Cumq; Sapiens is de-
mum sit, qui vel serio morcem meditatur, vel cum ipsa mortis tempestate col-
luctatur, vel post victoriam de morte coronatur, nec unquam fides meliori
fide se ostendat, qvam ubi cum novissimis casibus & lehi fatali necessitate con-
flictatur, extra qvam delicata potius jaetatio est, qvam conflictatio, juvat ad no-
vissimi agonis Theatrum, velut quoddam Sapientia delubrum Civis nostros
nunc convocare. Simul ergo noster HILLEL ingressus Lubecam (factum
autem hoc XII Augusti) febriles alternantis horroris & caloris paroxysmos, ce-
phalalgiam, anorexiā, sitem, insuetam corporis laßitudinem, expertus, initio
qvidem caufis, ex itinere, pulveris & solis imputavit, tenuiter interpre-
tatus qvicquid esset symptomatum: ubi haec increbuerunt, ex advocatione tunc
Medici, Amici & olim & tunc in primis necessarii, Viri Exponentissimi DN. D.
PAULI Neufranck Reip. Lubecens. Physici excellentissimi Consilio deinceps
egit, usque dum exegit. Ille præsentis ex arte, signorumq; lyndrome pericula,
abditum circa viscera calorem, continuas malignasq; febres, qvas & erumpentes
copiosè mox ab excessu in cadavere maculae sunt testatae. Nihil ta-
men intermissum, qvod ex arte pariter esset & fide ἀριγμονος in την την
cujus omnem mensuram summâ laude implevit laudatissimus, omnibusq; inge-
niosissimi, & extra formulam juramenti Hippocratici, fidelissimi Medici offi-
cio functus D. NELICRANZIUS, perscrutatus ει θεον επειν εν τησιν γενοται.
Item admissionem sanguinis, purgationes: exhibita bezoartica, alterantia, cor-

diale

*dialia selectissime, singulariꝝ; dilecta data: sed qvæ parum profecere in ægrotato, et si valitudinis corporisq; diligente, & sic satis accurate ex Medici Regula agente. Crevit interior vicerum flamma, & exinde nata ac velut agmine facta conspirantia symptomata funesta, Singultus, fuligines continuò sursum spirantes, Catarrhi in tracheam decumbentes, propiorem intentarunt mortem. Secuta signa in lingua, palato, saucibus, gingivis oblitatis, sic ut nulla prævaleret ars & cura solertissimi Chirurgi. Inde *μοριλαδία* voxq; difficilis ægrotanti reddita: sed & clarescentes urinae, pulsus debilior (etsi virtus animalis integral ad extreum fere Spiritum perstigit) medicamentorum vis frustrata, *extrema*, calido omni excedente, refrigerata, fuere proprioris agonis & mortis præfigia. Atq; inter hæc verba Spiritus nostro Beatissimo prorogatus ad diem usq; vitæ novissimum VI. Septemb. letalem pariter ac natalem, quippe qui sic vitæ mortalis lumen Nostro extinxit, ut cumulatissimæ felicitatis æternæq; vitæ lucem accenderit. Supereft novissimi Beato nostro inter mortales böhori, novissimæq; adeò pugnæ, in cuius congressione si fuerit victoria, datur vicenti corona, traditio. In intervallo adeò angusto, quam noster nunc beatus non Christianum solū: sed & ex arte & disciplinâ Theologum egerit, quām generosè novissimum illud certamen, dum tenebris nigrescunt omnia circum, decertaverit, inter quæ sanctissima Apophategmata tandem oculos mortales clauerit, & stadium solverit, ad umbrandum p̄ tuū erit, quām plenè representandum. Tanta quippe memorabilium dictorum factorumq; Beati novissima materia nobis panditur, ut nihil magis miremū quām intra paucissimas horas auditæ peractaq; tot ac tanta, quæ tamen sic gesta suā manu testatur Vir Reverendus & Clarissimus JOACHIMUS VVENDIUS Ecclesiastes Lub. cathedralis, doctrinâ vitâq; sancta fulgidissimus. Vocatus hic, matutinus circa horam 5. paulo ante Solem orientem adfuit, cumq; in sponda languoris sine spe vita mortalis decumbentem, animamq; ad instar cerbi gloticantis ad alkes aquarum, sicutiem Dei bivi, & appetentissimam mystici corporis & sanguinis Christi, Viatici, deprehendisset, semoto paululum tristissimo Contubernio, præmisso, pio quodam conscientia defuncti Examine & scrutinio, auditæq; brevi verbis: sed potenti affectibus suspiriisq; inexplicabilibus Confessione, additæq; absolutionis religione, administravit morituro illud Ecclesiæ Sacramentum, quo confirmati fideles abeunt in æternitatem, s. ævum beatorum, & triumphantium in cœlis primogenitorum. Constatabant adhuc beato integri sensus, iudicium, testibus quæ edidit, responsis, precibus ardenterissimis, hymnis Evcharisticis, votis sanctissimis & protestationibus de censendo se non nisi ex vulneribus Redemptoris, nunquam magis defecatum, eti tunc inter vitam mortemq; solius hora intercessit momentum. Confirmatus Evcharistiâ, vultu pallido ad latitiam composito, luculentioq; AMEN ad absolutionem dicto, solennes Deo manibus sublaris pro tanto beneficio gratias egit, benedictionemq; sanctissimam voce Confessionarii sibi dicendam expostulavit. Impetrata hæc & urgente accersitionis hora, an sponte fari se voluntati submissurus & exiturus esset interrogatus, ostendit magnos animos, non fato oblustantes: sed Deo sese resignantes: Assum, inquit, impiger. Nulla parendi mora est. Sequar Domum hocantem incunctanter & libenter: Addite preces, vota desideria, quæ inter illud Simeonis: Nunc dimitte Domine Seruum tuum in pace! & alterum Pauli: Cupio dissolvi, & esse cum Christo Iesu: sed & illa Davidis ex Ps. 23. & 27. opposita tenebris mortis*

mortis stereomata: recitatæ simul illæ cantilenæ: Mitten wir im Leben sind &c.
Allein zu dir Herr Jesu Christ: Sed & Was mein Gott will/das geschehe alzeit.
Tria imprimis exaudita quæ pectus cœlesti ~~pro~~ scuto in primis fidei, quo ar-
matis facile est extingue omnia jacula Diaboli ignita, bene præparatum, accin-
ctumq; gladio Spiritus femur præ exteris ostenderunt, digna quæ eant in ævum.
Unum, quod ex Oratoriâ Christi Joh. xvii. 11. 17. pulcherrimè sibi applicatâ in hæc
verba efuperit: Pater Sancte sanctifica me tuâ veritate. Sermo ille tuus veritas est. Ser-
moni tuo agnitionem salatarem Filli tui J. CHRISTI debeo. Serba me, & Sp. S. tuo hanc
fidem in unigenitum filium serba in me, ut sim fidelis usq; ad mortem & detur mihi corona
vite. Proximum memorabilius etiam, quod intonuerit: Quomodo habent illa verba:
Ich bin gewiss? Cumq; hic expromptam operam jam jam laudatus Vir Reverendus
Dn. VVendius præstisset, locum illum Paulinum Rom. 8.38. 39. integrum infonan-
do, Noster Beatissimus complicatis manibus, intonuerit: EGO JOHANNES CHRI-
STOPHORUS von Hillen/ (& ad iteratum Pronomen, ingenti Zelo cæso manu pe-
dore s. corde) EGO certus sum quod nec mors nec vita &c. Atq; sic Paulinam illam sen-
tentiam suam factam integrum peroraverit. Summum illud & plenitudinis Spiritus
iucoomparabile argumentum, quod potentissimam Logicam s. artem syllogisticam
¶Ctus in ipsâ ferè mortis umbra ostenderit, integrum hunc sine monitore syllogi-
sum sic elocutus: Quisquis credit in Jesum Christum lapidem angularem is non confunde-
tur. EGO JOHANNES CHRISTOPHORUS von Hillen/ credo in J. Christum lapidem
angularem. E. EGO JOHANNES CHRISTOPHORUS von Hillen/ non confundar.
Audita inde vox una ad Medicum Excellentissimum: Sicine ergo moriendum, & sine
spe mortalîs vita morbus! Inter qua dum compressus illi magis magisq; arctatis fau-
cibus Spiritus, audivit Medicum respondentem: Omnidio. Hujus vita spes nulla: tota
autem inclioris: & æternæ, ad quam jam jam ex corpore fracto evocatur Spiritus: dum
fauces ocluduntur, cælum panditur. Ergò valedictum merentissimæ Conjugi, quod
quām miserabilibus flebilibusq; modis factum, illud verò nec Timantis, nec Apel-
lis facilis expresserit penicillus. Succesit qui novissimi interfuit Dn. VVendius &
memoriale mortis ac agonis JESU cruenti acclamavit, & cum jam corona proximus
sit, bonum certamen decertare, Spiritu Apostolico, iussit, additis sanctissimis ex
Litaniâ, ex J. Christi, in crucis suggesto Apophtegmatis, precum formulis, inter
quas& in primis ad illa verba: Ach Gott gib mir in Todespein ein sauberlich Geberde!
&c. placidisimè ad horam 7. matutinam, sensibus ad novissimum usq; Spiritum sibi
constantibus Beatus Noster animam Servatori Christo reddidit, & suaviter exspira-
vit. Ita ergo abiit, desideratissimus noster Civis primarius, Advocatus Confisco-
rialis amplissimus, ¶Ctus excellentissimus Acad. nostræ decus & ornamentum! Solu-
mina Viduæ, filiabusq; moestissimis diceada nunc erant: sed et id pagina vetat, & il-
la rectius Germanicæ reservantur funerali orationi. Agamus quod unum nunc su-
perest, ac Viri examissim optimi, communis nostri Amici exequias frequentes & hono-
rificè camus. Sed &, ut cù quâ prævit ille, fideli lege sequamur, discamus ex hoc funere
eudæcian. P. P. Rost. Sub Sigillo. Rect. d. xix, Septemb.
Conventus fiet in æde Marian. ad horam I.

• 990 • 990



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771260733/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771260733/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771260733/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771260733/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771260733/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771260733/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771260733/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771260733/phys_0016)

DFG

*dialia selectissime, singulariisque dilecta data : sed
 to, et si valitudinis corporis diligentia, & sic sa-
 agente. Crevit interior vilcerum flamma, & c-
 eto conspirantia symptomata funesta, Singultus,
 tes, Catarrhi in tracheam decumbentes, propiore
 cuta signa in lingua, palato, fauibus, gingivis ob-
 ars & cura solertiissimi Chirurgi. Inde proponenda
 redita : sed & clarescentes urinæ, pulsus debilior
 extreum fere Spiritum perficit) medicamentorum
 omni excedente, refrigerata, fuere propioris agonis
 hæc verba Spiritus nostro Beatissimo prorogatus ad
 Septemb. letalem pariter ac natalem, quippe qui si
 tinxit, ut cumularissima felicitatis æternæq; vita lu-
 mi Beato nostro inter mortales böhori, novissimæq;
 one si fuerit victoria, datur vicenti corona, tradit
 quam noster nunc beatus non Christianum solum
 ologum egerit, quām generosè novissimum illud ce-
 omnia circum, decentaverit, inter quæ sanctissima
 mortales clauerit, & stadium solverit, ad umbrandum
 sentandum. Tanta quippe memorabilium dictorum
 teria nobis panditur, ut nihil magis mireniur quām
 peractaque tot ac tanta, quæ tamē sic gesta suâ manu
 sumus JOACHIMUS VVENDIUS Ecclesiastes Lub. c
 fulgidissimus. Vocatus hic, matutinus circa horam
 fuit, cumq; in ponda languoris sine spe vita mortalium
 cervi gloriantis ad alios aquarum sicutientem Dei bisi,
 poris & sanguinis Christi, Viatici, deprehendisset, se
 tubernio, præmisso, pio quodam conscientia defundit
 brevi verbis : sed potenti affectibus suspiriisq; inex-
 traq; absolutionis religione, administravit morituro
 confirmatis fideles abeunt in æternitatem, s. ævum b-
 eatis primogenitorum. Constatbat adhuc beato in
 quæ edidit, responsis, precibus ardenterissimis, hymnis
 & procestationibus de censendo se non nisi ex vulne-
 ris defæcatum, et si tunc inter vitam mortemq; solu-
 Confirmatus Eucharistiâ, vultu pallido ad latitudinem
 absolutionem dicto, solennes Deo manibus sublaris
 benedictionemq; sanctissimam voce Confessionarii
 petratâ hæc & urgente accersitionis horâ, an sponte
 exiturus esset interrogatus, ostendit magnos ani-
 Deo se se resignantes : *Affum, inquit, impiger. Nulla
 num vocantem incunctanter & libenter: Addite pre-
 lud Simeonis: Nunc dimitte Domine Seruum tuum in
 dispoli, & esse cum Christo Iesu: sed & illa Davidis ex**



the scale towards document

012

100

Image Engineering Scan Reference Chart TE/03 Serial No.

mm

Inch

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

fecere in ægrotanti
 Medici Regula
 elut agmine fa-
 uò sursum spiran-
 mortem. Se-
 nulla prævaleret
 facilis ægrotanti
 malis integra ad
 extrema, calido-
 gia. Atq; inter
 novissimum VI.
 lumen Nostro ex-
 Supereft novissi-
 cujus congressio
 adeò angusto,
 disciplinâ The-
 ebri nigrescant
 tandem oculos
 am plenè repræ-
 ti novissima ma-
 ras horas auditæ
 rendus & Claris-
 inâ vitâq; sanctâ
 em orientem ad-
 mamq; ad instar
 ham mystici cor-
 tristissimo Con-
 tutino, auditaq;
 confessione, addi-
 cramentum, quo
 umphantium im-
 licium, testibus
 otis sanctissimis
 s, nunquam ma-
 lit momentu-
 atoq; AMEN ad
 io gratias egit,
 postulavit. Im-
 submissurus &
 obludantes : sed
 Seguar Domi-
 a, quæ inter il-
 lum Pauli: Cupio
 opposita tenebris
 mortis